UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Approbatio Nos. S. T. Et V. I. D. D. Io. Antonivs Gelosvs ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Visual Library

APPROBATIO.

NOS. S.T. ET V.I.D. D. IO. ANTONIVS GELOSVS Cantor Metropolitanæ Eccleſiæ Felicis Vrbis Panormi, Prima dignitas poſt Pontificalem, Abbas Sancti Nicolai lo Reale, Civitatis Mazzariæ, Prothonotarius Apoſtolicus: Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei D. Petri Martinez Rubio Archiepiſcopi Panormitani Vicarius, & Viſitator Generalis, Procommiſſarius Generalis Sanctiſſimæ Cruciatæ in hoc Siciliæ Regno, & Inſulis Coadiacentibus, *&c.*

TRactatum de Bulla Cruciatæ à R.P. Thoma Tamburino Soc. Jeſu conſcriptum, & explicationem caſuum Reſervatorum in hac Panormitana Diœceſi, Additionésque ad Opera ejuſdem Authoris à Typographo collectas, cùm Theologi quibus commiſimus diligentiſſimè recognoverint, & imprimi poſſe, probaverint, concedimus, ut typis mandentur; ac putamus, bono publico fore, ſi quamprimum prodeant in lucem, non ſolùm tanti Authoris probata ſcientiâ, ſed etiam quæſtionum ac doctrinarum interpoſitione fideliſſima. In cujus approbationis Fidem has literas manu noſtrâ ſubſcriptas dedimus. Panormi 9. Julij 1663.

Cantor D. Ioannes Antonius Geloſus
Abbas S. Nicolai lo Reale V.G.

APPROBATIO.

IGNATIUS MONCADA PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU IN SICILIA.

CVM librum, qui inſcribitur Tractatus de Bulla Cruciatæ à P. Thoma Tamburino noſtræ Societatis Sacerdote compoſitum tres ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus commiſſum fuit, recognoverint, & in lucem edi poſſe, probaverint; facultate nobis ab admodum R.P. Ioanne Paulo Oliva Vicario Generali communicata, concedimus, ut typis mandetur; ſi ita iis, ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Parnor. 27. Decemb. 1662.

APPROBATIO.

NOS ABBAS DON OCTAVIVS DE AVGVSTINO S. T. & V.I.D. PROTHONOTARIVS Apoſtolicus, in Panormitana Diœceſi Iudex Synodalis, ac Delegatus Excellentiæ Suæ loco Spectabilis D. Ioſeph Dominici Fiſci Patroni Tribunalis M.R.C. ad concedendam licentiam imprimendi Libros, & opera typis mandanda.

VIdimus, accuratè perlegimus, & recognovimus librum, cujus titulus eſt, (*Tractatus de Bulla Cruciatæ, Authore Admodum Reverendo P. Thoma Tamburino Siculo Caltaniſettenſi Societatis Ieſu. Acceſſit explicatio caſuum reſervatorum in Panormitana Diœceſi, cum Additionibus ad Opera Ejusdem à Typographo collectis,*) & in eis nihil reperimus, quod bonis moribus, aut Fidei Catholicæ, vel Regiæ jurisdictioni obſit; Quinimo mira illa eruditione ac pietate referta eſſe cenſemus, multorúmque profutura ſaluti: ac etiam ſummi acumen ingenii, ſtudium, & laborem Authoris oſtendunt. Idcircò, ut typis mandentur, poteſtatem facimus. In cujus rei teſtimonium has literas manu noſtrâ ſubſcriptas damus. Panormi die 1. Junij 1663.

Abbas Don Octavius de Auguſtino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN